



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

Anno Secundo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)



- † Ego Petrus S. Laurentii in Damaso Diaconus Card. Orthobonus S. R. E. Vice-Cancellarius, promitto, voveo, & iuro.
- † Ego C. S. Mariae in Cosmedin. Diaconus Cardinalis Bichius, promitto, voveo, & iuro.
- † Ego Aloysius S. Mariae in Porticu Diaconus Card. Homodeus, promitto, voveo, & iuro.
- † Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus, promitto, voveo, & iuro.
- † Ego Franciscus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Barberinus, promitto, voveo, & iuro.
- † Ego Laurentius S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. de Aleriis, promitto, voveo, & iuro.

XVII.

Præscribuntur facultates, quæ competunt Majori Pœnitentiario, & quomodo ab eo exerceri debeant.

Non eadem semper fuit facultas Majoris Pœnitentiarii, uti constat ex Constitutionibus infra laudatis, videl. Pii IV. Const. ed. 1562. Maji 3. P. 3. Pii V. Const. ed. 1569. Apr. 28. P. 4. & Const. ed. 1569. Jun. 17. P. 4. Gregorii XIV. Constit. ed. 1591. Apr. 10. Urbani VIII. Const. ed. 1634. Septem. 17. P. 12. Et aliorum Pontificum. Hujus Pontificis Const. ed. 1692. 7. Idus Maji, P. 1. reformata fuit judicium facultas circa reatum homicidarum. Et Constit. edit. 1692. Novemb. 18. P. 2. revocata fuit facultas Tribunalium particularium.

Dat. 3. Sept. 1692. An. 2.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procerium.

Romanus Pontifex omnium Christianissimum Pater, & Pastor, ejus, qui ut peccatores pretiosi sui Sanguinis profusione redemptos salvos faceret, semetipsum exinanivit, vices-gens in Terris ad ea, per quæ sibi cœlitus commissi gregis salutis uberius consulitur præcipuis debet, & indefessis studiis incumbere, sibi que in Petro Apostolorum Principe attributam potestatem, qua infallibili Christi Domini Testimonio, quidquid solverit super terram, erit solutum & in Cœlis, per se, & respective per alios provida dispensatione exercere. Hujus considerationis intuitu Romani Pontifices Prædecessores Nostri Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & Majori Pœnitentiario quamplures, & amplas facultates concesserunt, illasque aliquando, in iis præsertim, quæ forum internum non concernebant, reformarunt, & quandoque ampliarunt, & immutarunt, prout rerum, & temporum circumstantiis, opportunitatibus, & vicissitudinibus attente pensatis, censuerunt in Domino salubriter expedire.

A Pio IV. reformata fuit auctoritas officii Pœnitentiariæ.

§. 1. Alias siquidem post antiquiores Officii hujusmodi status felic. record. Pius PP. IV. Prædecessor Noster Officiorum, & Tribunalium Romanæ Curie Reformationi Pastoralis sollicitudine intentus, ad ejusdem Pœnitentiariæ Officium, in quo morum censura, & animarum salus præcipue vertitur, considerationis suæ oculos direxit, habitaque desuper cum tunc existentibus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ipsoque Majore Pœnitentiario, ac ejus Officialibus auditis, ac omnibus mature consideratis, de eorumdem Cardinalium consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore existens Major Pœnitentiarius, Regens, Correctores, Superiores, & Procura-

tores, ac alii quicumque ejus Officialis, & Ministri ab eorum omnium, quæ in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus continebantur, & forum internum, seu pœnitentialem plerumque non respiciebant, concessione, & commissione penitus cessare, & abstinere deberent, per quasdam suas anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quinto Nonas Maji Pontificatus sui anno Tertio expeditas Literas auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit.

§. 2. Successive recol. me. Pius PP. V. etiam Prædecessor Noster tempus, & necessitatem, sui que Instituti rationem postulare perpendsens, ut in multis Romanæ Curie rebus novam deinceps formam proponeret, ejusmodi vero curam ipsum impensius sollicitare, ut ad ea in primis incumberet, quæ salutem, & periculum respiciebant animarum, ac præfato Pœnitentiariæ officio initium capere, novamve illi pro futuris facultatem statuere volens, de Apostolicæ potestatis plenitudine omnem, & quamcumque ejusdem Officii, & Pœnitentiarii Majoris auctoritatem, Jurisdictionem, & potestatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & indulta illis, cæterisque omnibus dictæ Pœnitentiariæ tunc existentibus Collegiis, & Personis ab ipsius Officii institutione per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos, ac seipsum, & Sedem Apostolicam, etiam Motu proprio, & ipsius certa scientia, deque prædictæ potestatis plenitudine tam in genere, quam in specie, ac de mandato speciali, & expresso etiam vivæ vocis oraculo emisso, & ex quibuscumque causis concessa, confirmata, ac etiam pridem a memorato Pio IV. Prædecessore reformata, restricta, & moderata, quibuscumque concepta formulis, ac etiam restrictivis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus, ac etiam vim contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis suffulta, quorum omnium tenores haberi voluit pro expressis, quæcumque essent (potestate Minorum Pœnitentiariarum suorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu tunc pridem editis Literis salvis, & integris remanentibus) revocavit, suppressit, & abolevit, & alias prout in ejusdem Pii V. Prædecessoris quarto Kalen. Maji Anno præfate Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, & Pontificatus sui quarto desuper expeditis Literis uberius continetur.

§. 3. Utque memoratus Pius V. Prædecessor habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & Officiis ratione explicata novam futuris formam de integro præscribere valeret, qua ipsum Pœnitentiariæ Officium certis quibusdam facultatibus, quæ aliis Officiis magis conveniebant, exoneratum, atque expeditum, deinde ea, quæ Animarum salutem præcipue concernebant, attentiore studio prosequeretur, quinto decimo Kalen. Julii ejusdem anni millesimo quingentesimo sexagesimo noni duas edidit Constitutiones, in quarum prima quæ incipit - In omnibus rebus, Ministrorum qualitatem, numerum, functiones, & Officia in posterum ordinavit: In alia vero, quæ incipit - Ut bonus Pater familias, Pœnitentiariæ hujusmodi Officium nonnullis ibidem relatis facultatibus dumtaxat, quas pœnitentialem muneris maxime proprias, ac egenium Christianissimum remedio accommodatas censuit, communit.

§. 4. Deinde nihilominus idem Pius V. Prædecessor, ejusque Successores Romani Pontifices quampluribus vivæ vocis oraculis, & præmem. Gregorius Papa XIV. pariter Prædecessor Noster etiam suis in forma Brevis die decima Aprilis anni millesimi quingentesimi nonagesimi

A Pio V. revocata fuit omnis auctoritas Pœnitentiariæ, ea excepta Minorum Pœnitentiario-rum.

Ab eodem Pio V. instituta fuit nova forma Officii Pœnitentiariæ.

A d. Pio, & Gregor. XIV. multoties ampliata fuit Pœnitentiariæ auctoritas.



primi expeditis Literis, reformatas, ut præferatur, memorati Officii facultates multoties ampliarunt, & extenderrunt.

§. 5. Verum hujusmodi facultatibus valde, ut præferatur, multiplicatis, & adductis, similis memoria Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor Noster memoratorum Pii IV., & Pii V. Prædecessorum vestigiis inhærens, per suas die decima septima Septembris anni millesimi sexcentessimi trigessimæ quarti Pontificatus sui Duodecimo in forma Brevis pariter expeditas Literas, prævia, quoad inibi descripta capita, quarumcumque facultatum, seu Indulutorum, ac vivæ vocis oraculorum desuper concessorum, & aliter emanatorum, quæ iisdem Literis adverbarentur, revocatione, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deque Apostolica potestatis plenitudine statuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Major Pœnitentiarius, & ejusdem Pœnitentiariæ Regens, cæterique ejus Officiales, & Ministri pro tempore existentes, & particularium casuum, & negotiorum inibi expressorum concessione, commissione, & expeditione, quæ alias nullæ essent eo ipso, penitus cessare, & abstinere deberent.

§. 6. Adhuc tamen, & post hujusmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad hæc usque tempora vivæ vocis oracula facultates hujusmodi ampliantia, & respectively moderantia supervenerunt.

§. 7. Hinc nos Animarum saluti, & facultatum unicuique Officio, & Tribunali competentium ordini, & distinctioni, quantum nobis ex alto conceditur, consulere volentes, ac propterea Literarum Apostolicarum, & vivæ vocis oraculorum præfatorum multiplicatam, varietatem, & immutationes sedula meditatione pensantes, nostræ Pœnitentiariæ, ac Majoris Pœnitentiarum facultates, seligere, & selectas, cæteris exclusis compilare, & in unum redigere decrevimus, ut quousque facultates hujusmodi extendantur, ac quomodo, & in quibus casibus exerceri possint, & debeant, certe, prompte, & distincte sub unica, & omnium comprehensiva sanctione innotescant.

§. 8. Omnium itaque, & singularum Literarum, & oraculorum hujusmodi, ac aliarum, & aliorum quæcumque sint, & si quæ sint, tenores pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, & in suo robore, & in statu permanentibus iis, quæ in altera ex præfatis ejusdem Pii V. Prædecessoris Constitutionibus incipiunt. - In omnibus super Ministrorum Pœnitentiariæ præfata qualitate, numero, functionibus, & officiis ordinata fuerunt, ac etiam salva semper Majoris Pœnitentiarum facultate Romanorum Pontificum in quibuscumque particularibus casibus tametsi per præfatas nostras literas non concessis, imo prohibitis, consulendi; itaut ipsi Majori Pœnitentiarum de Romani Pontificis speciali mandato desuper vivæ vocis oraculo sibi facto procedere asserenti, indubia fides debeat adhiberi; Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine infrascriptas tantum facultates eidem Pœnitentiariæ, & Majori Pœnitentiarum de cætero competere, ac in illa, & ab illo in hunc, qui sequitur modum exerceri posse hac Nostra perpetuo validura Constitutione, statuimus, atque decernimus.

§. 9. Nostro itaque, & pro tempore existenti Majori Pœnitentiarum concedimus, ut omnes, & singulos cujuscumque qualitates, dignitatis, & gradus Ecclesiasticos Sæculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti Regulares, necnon Laicos quoscumque utriusque sexus tam præfentes, quam absentes, ab omnibus, & quibuscumque culpis, criminibus, & excessibus quantumcumque gravibus,

& enormibus tam publicis, quam occultis quantumcumque, & quomodocumque commissis, & perpetratis, necnon ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque censuris, & pœnis Ecclesiasticis præmissorum occasione latis, & per illos incurfis, etiam in casibus nedum Superioribus Regularibus, & Ordinariis, sed etiam nobis, & Sanctæ Sedi specialiter, ac etiam per literas, quæ die Cœnæ Domini quotannis promulgantur, reservatis, injuncta semper iisdem pro modo culpæ pœnitentia salvari, & aliis, quæ fuerint de jure injungenda absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat. Regulares nimirum, a culpis, & censuris præmissis in utroque foro, & Ecclesiasticos Sæculares, necnon Laicos a prædictis culpis, & censuris in Foro conscientie tantum. Eisdem vero Ecclesiasticos Sæculares, necnon Laicos tunc in utroque Foro absolvere, & absolvi mandare possit, quando agitur de excommunicationis, & suspensionis a Sententia generali, vel speciali delegatorum, aliorumque Judicum, quorum Jurisdictione expiraverit, seu etiam de illis, quorum absolutio per eosdem Judices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remissa, seu pariter de iis, qui legitimo impedimento detenti præsentiam Judicum, vel illorum, qui eos excommunicarunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios adire non potuerunt.

§. 10. Ita tamen, ut prædicti a censuris ab homine latis, seu declaratis in utroque Foro, ut præferatur, absolvendi, in suis congruis casibus respectively judicato paruerint, & parti satisfecerint, vel quamprimum potuerint, alioquin in eadem censuras reincidant, satisfaciant: Eadem vero parte oblatam convenientem satisfactionem, quæ tamen in Sententiis, seu Decretis individuata non sit, irrationabiliter recusante, possit Major Pœnitentiarum Judicis, coram quo censurarum causa pendet, conscientie remittere, ut convenientem satisfactionem arbitretur, illaque per reum oblata, & per aliam partem irrationabiliter recusata, valeat adhuc firma remanente hujusmodi oblatione ad absolutionem procedere.

§. 11. Romam quoque advenientes ab omnibus per quemcumque Judicem, vel alias quomodocumque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, seu alibi promulgatis, & in eadem Curia notoriis censuris, ad effectum dumtaxat, ut indulgentias, Sacra Urbis Loca Pia, ac religiose invistentibus concessas libere, & licite consequi valeant, itaut simul ac indulgentias præfatas consequuti fuerint, iisdem, quibus antea censuris constructi teneantur, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat. Quodsi censuris ab homine nominatim ligati pro absolutione Romam advenerint, sed pro illa obrinenda fuerint ad eorum Judices remissi, & probabile mortis periculum in itinere pertimescunt, poterit Major Pœnitentiarum ad congruum tempus ab ipso pro hujusmodi itinere agendo arbitrandum, sub conditione, si hujusmodi periculum imminet, & cum reincidentia, si præfati idem periculum evaserint, in Foro conscientie tantum absolvere, & absolvi mandare.

§. 12. Nequeat tamen in ullis casibus publicis, qui in præfatis literis die Cœnæ Domini legi consuetis continentur, etiamsi Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consuli non posset Principes, & alios Jus Imperii etiam Vicario nomine habentes, ac dominia, & Republicas, seu Personas illorum, & illarum administrationem habentes, vel habere solitas, necnon Episcopos, & alios Superiores, Prælatos absolvere, & absolvi mandare.

casibus sub  
certis condi-  
tionibus.

De peten-  
tibus Romam  
causa conse-  
quendi in-  
dulgentias,  
vel absolu-  
tionem.

De Princí-  
pibus, &  
Prælatís.

Ab Urb.  
VIII. iterum  
reformatas  
fuit auctori-  
tas Pœnitenti-  
ariæ.

Ab aliis  
Pontificibus  
postea am-  
pliata, &  
moderata  
fuit d. auctori-  
tas.

Causæ hu-  
jus Constitu-  
tionis.

Firmantur  
limites au-  
thoritatis  
Pœnitenti-  
ariæ.

Concedi-  
tur Majori  
Pœnitentia-  
rio plena fa-  
cultas absol-  
vendi ab om-  
nibus culpis,  
& censuris in  
utroque foro  
Regulares:  
alios vero in  
quibusdam



De iis, qui agunt de electione Rom. Pontificis.

§. 13. Minusque possit etiam in occultis, etiam in Foro conscientie tamquam S. R. Ecles. Cardinales, & alios cujuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & preeminentie fuerint, qui vivente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambitus, aut pactiones fecerint, seu Sede Apostolica vacante in censuras, seu pœnas in fel. recor. Gregorii Papæ XV., & præfati Urbani VIII. etiam Prædecessorum nostrorum super electione Romani Pontificis pro tempore faciendâ, decimo septimo Kalen. Septembris anno Incarnationis millesimo sexagesimo vigesimo quinto respectively emanatis Literis contentas, quomodolibet inciderint, absolvere, & absolvi mandare.

De Astrologis judiciariis.

§. 14. Nec pariter possit etiam in occultis etiam in Foro conscientie tantum eos cujuscumque qualitatis, status, dignitatis, preeminentie, & conditionis fuerint, qui astrologia judiciaria, vel alias per se, vel per alios de statu Reipublicæ Christianæ, sive de vita aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, inquirentes, ejusdem Urbani Prædecessoris Prædicte Kalen. Aprilis anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo trigesimo primo contra illos edictis literis contraverint, absolvere, & absolvi mandare.

De Violatoribus Immunitatis Ecclesiasticæ.

§. 15. Nec similiter valeat in casibus publicis, etiam in Judicium non deductis violatæ Immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticæ ullatenus absolvere, seu absolvi mandare.

De Apostatis, & hæreticis occultis.

§. 16. Eos tantum Hæreticos in Foro conscientie dumtaxat, absque alia abjuratone coram Ordinario, aut Inquisitore faciendâ, absolvat, seu mandet absolvi, qui cum nemine de suis hæresibus loquuti sunt, & omnino sunt occulti, etiam si aliquos extrinsecos actus fecerint, ex quibus argui possent hæretici. Dummodo tamen ad eosdem actus quamvis de sui natura nocibiles, seu ad notitiam deducibiles, quantum ipsi sciunt, & prout credunt, nullus advertit; Apostatas quoque a Fide Catholica, & Hæreticos in eodem Foro conscientie dumtaxat absolvat, seu absolvi mandet in iis solum casibus, in quibus necesse non est complices denunciare; quando nimirum iidem complices mortui, seu ex Regionibus palam infectis sunt, & in illis degunt; non tamen quando Complices Itali, vel Hispani, seu ex illis Regionibus essent, in quibus Inquisitionis Sancti Officii auctoritas viget: omni alia facultate ab hæresi, vel apostasia hujusmodi absolventi in cæteris, præterquam in casibus, in quibus S. Inquisitionis Officium ad Majorem Pœnitentiarium absolvendos remitteret, interdicit.

De recipientibus munera a Regularibus.

§. 17. Munera a Regularibus contra recolen. mem. Clementis Papæ VIII. pariter Prædecessoris Nostri anno Incarnationis præfate 1594. Tertiodecimo Kalen. Julii editam Constitutionem ultra valorem decem scutorum monetas, recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi; Infra vero prædictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarum; seu per eum eligendi Confessarii elemosyna, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure faciendâ esset restitutio, si caute fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

De infrangentibus Clausuram Monialium.

§. 18. Moniales, & quascumque Personas, quæ in casibus publicis clausura earundem Monialium ad malum finem violaverint, & respectively ausæ fuerint violare, non absolvat, nec mandet absolvi, nisi in casibus, in quibus ipsi Episcopi, seu Ordinarii pro ipsis delinquentibus supplicaverint, & casus ad Congregationem S.

R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositam deducti non fuerint.

§. 19. Confessarios Monialibus nullatenus concedat, & Capuccinos in illis regionibus, in quibus iidem Confessionibus audiendis operam dare non solent, in Confessarios non deputet.

§. 20. Ad hæc super quacumque irregularitate, & inhabilitate ex quocumque delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocumque defectu provenientes in casibus tamen occultis, & in Foro conscientie tantum, prævia in gravioribus casibus matura discussione faciendâ in Pœnitentiariæ Signatura, dispensare, vel dispensari mandare possit tam cum Ecclesiasticis Sæcularibus, quam cum Laicis respectively, cum quibus expediens videbitur, ut Ordinibus initiari, & susceptis etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus ministrare, & ad Superiores confedere, ac dignitates etiam Cathedralis, & Metropolitanas, ac quacumque Beneficia Ecclesiastica quomodocumque ante dispensationem alioquin canonice obtentas, vel obtenta, retinere, necnon hujusmodi Beneficia, & dignitates (exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu), Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis, etiam post delictum assequi valeat.

§. 21. Cum Hæreticis, & Apostatis a Fide Catholica, quando hæresis, & apostasia hujusmodi nullatenus est propalata, & casus gravitas non suadet, Pœnitentes ad S. Inquisitionem remittendos esse super quacumque irregularitate, inhabilitate, & infamia exinde contracta, tam ad Ordines, sive susceptos, sive suscipiendos, quam ad Beneficia dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

§. 22. Cum male promotis occultis, non obstante ejusdem memor. Sixti Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri anno Incarnationis prædicte millesimo quingentesimo octogesimo nono Nonis Januarii edita Constitutione, & signanter cum promotis per saltum etiam prætextu licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis interstitiis, vel sine literis Dimissorialibus proprii Ordinarii, non dispense, nisi in Foro conscientie, quando periculum adesset gravium scandalorum; tunc enim possit in forma Pœnitentiariæ consueta dispensare, ut scilicet omnes Ordines secreta recipiant a quolibet Catholico Antistite gratiam, & communionem cum Sede Apostolica habentem, & tunc, & extra tempora, & non servatis interstitiis, & absque præfatis Dimissoriis.

§. 23. Cum promotis ad Sacros Ordines, qui Simoniam cum Episcopis promoventibus commiserint dispensare, & dispensari mandare possit in occultis dumtaxat, & in Foro conscientie tantum, cum clausula monitis monendis, & injuncta gravi pœnitentia, ac re præsertim discussa in Signatura.

§. 24. A dispensationibus, seu convalidationibus titulorum, etiam in Foro conscientie tantum, etiam in occultis casibus absteineat, cum agitur de Simonia reali scienter contracta, & de Beneficiis, super quibus contracta est ipsa Simonia; At si illa contracta fuisset ignoranter, etiam ignorantia Juris inculcata, possit Major Pœnitentiarum in occultis, & in foro conscientie tantum dispensare, & beneficiorum post Simoniam obtentorum titulos convalidare, modo Orator de eadem Simonia certior factus quamprimum commode poterit, petierit dispensationem omni alia facultate in cæteris Simoniæ casibus, & præsertim publicis, interdicit.

§. 25. Titulos Beneficiorum in concursu obtentorum in Foro conscientie tantum in occultis convalidare possit, quando tamen inha-

De Confessariis Monialium.

De irregularibus ob quocumque delictum.

De irregularibus ob hæresim, vel Apostasiam.

De ordinatis per saltum.

De simoniace ordinatis.

De dispensationibus, seu convalidationibus titulorum.



De compositione, & condonatione fructuum.

bilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illa irretitus impetrans administravit.

§. 26. A convalidatione titularum, & condonatione fructuum absteineat quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisum, infra præfinitum tempus munus consecrationis non susceperint.

§. 27. A compositione pariter, & condonatione fructuum Beneficialium, & Ecclesiarum Episcopali, ac etiam distributionum quarumcumque quovis modo male perceptorum in casibus non occultis absteineat; In occultis vero possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, injuncta eisdem penitentibus erogatione elemosynæ ipsius Majoris Pœnitentiarum, vel Confessarii ab ipso deputandi arbitrio limitandæ. Cum reliquis autem, videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum personis discrete compositionem concedere, & ea mediante fructibus condonare, pecuniis exinde exactis receptori emolumentorum Datarie Nostræ integraliter consignatis: Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, injuncta elemosyna modo suprascripto, quæ nihilominus sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent, sint, & censentur ordinata.

De irregularitate Regularium.

§. 28. Cum Regularibus autem super irregularitate quorumcumque Criminum quandoque perpetratorum, vel incursum in censuras occasione, vel quia iidem sic ligati suos Ordines, non tamen in contemptum clavium, exercuerunt, aut illis se immiscuerint, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem irregularitate, & quibuscumque aliis defectibus non obstantibus, susceptis Ordinibus, & eorum Privilegiis uti, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, & Ordines non susceptos suscipere, & in iisdem similiter etiam in Altaris ministerio ministrare; necnon quæcumque, quotcumque, & qualiacumque suorum Ordinum, & Congregationum alioquin canonicè obrepta Officia, Beneficia Regularia, mania, præmientias, Dignitates, & Prælaturas, etiam majores, & principales, retinere, & exercere, necnon eadem, seu easdem (non tamen Generalatum) ad quæ, seu quas in futurum canonicè, & juxta eorumdem Ordinum, & Congregationum Regularia Instituta, eligentur, vel aliter assumuntur, recipere, assequi, gerere, & libere exercere etiam licite valeant, dispensare, eoque in pristinum, & ad eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum, & ad vocem activam, & passivam restituere, reponere, & plenarie reintegrare, & poenas illis gratiosè remittere, & condonare, necnon pro majori absolutionum, & dispensationum præfatarum firmitate quibusvis Constitutionibus, Ordinationibus, Statutis, & Privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare, Major Pœnitentiarum præfatus possit, & valeat.

§. 29. Volumus tamen, ut in hujusmodi casibus occultis in Foro conscientie tantum; in publicis vero casibus in utroque Foro, auditis tamen, & supplicantibus Superioribus, bonumque testimonium de ipsis Regularibus ferentibus, gravata in iis eorumdem Superiorum conscientia, & matura circumspectione semper adhibita, cum iisdem Regularibus, ut præfertur, dispensare, & dispensari mandare valeat.

De homicidis, Bannitis, aliisque.

§. 30. Cum homicidis, Bannitis, aliisque delinquentibus, qui memorati Sixti Prædecessoris an. Incarnationis præfate millesimo quingentesimo octogesimo septimo Sexto Kalendas Decembris expeditis literis Religionem ingredi, & in ea professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habitare, & habitari

mandare; & cum iis, qui homicidia voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profiteri, in utroque Foro, quando sic expedire videbitur dispensare, & dispensari mandare valeat, ea tamen lege, ut sic habitandi, seu dispensandi Fiscum, & Partem prius concordaverint, & professionem emittant, nec ante professionem hujusmodi in susceptis ordinibus ministrare, nec ad Superiores Ordines ascendere possint.

§. 31. Quoad Apostatas, & transitum Regularium de una ad aliam Religionem, citra aliquam innovationem interim faciendam, an, & quales facultates Majori Pœnitentiarum remanere, reformari, seu concedi conveniat, de nonnullorum S. R. E. Cardinalium desuper a Nobis deputatæ Congregationis consilio suis loco, & tempore decernemus.

§. 32. In Matrimonii contrahendis possit idem Major Pœnitentiarum in Foro conscientie tantum super impedimentis occultis, quæ Matrimonium non dirimunt, dispensare, vel dispensari mandare. At a dispensationibus super quocumque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spiritali proveniente, etiam in Foro conscientie tantum tamen impedimentum sit occultum, & periculum scandalorum imminet, in iisdem matrimoniis contrahendis absteineat.

§. 33. In contractis vero Matrimonii a dispensatione, seu Matrimonii revalidatione in gradibus primo, & secundo, seu secundo tantum consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita, etiam in occultis pariter absteineat, præterquam si in hujusmodi secundo tantum gradu impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, & Oratores simul publice contraxerint, & conjunxerint, & uti Conjuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem, & quarto gradibus occultis possit dispensare, ac & in iisdem tertio, & quarto gradibus publicis revalidare Matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis occultæ literarum Apostolicarum, præterquam si falsitas consistat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen antea non intercesserat.

§. 34. Quod si Oratores, qui obtinuerint a Nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito tam in primo, & secundo, quam in secundo tantum, ac etiam in tertio, vel quarto tacita copula inter eos secuta, quam sine honoris detrimento detegere non valent, & ratione hujusmodi taciturnitatis petant dispensationem pro Matrimonio contrahendo, seu revalidationem Matrimonii contracti, possit idem Major Pœnitentiarum, si copula sit adhuc secreta, in Foro conscientie tantum concedere, facta quando agitur de primo, & secundo, vel secundo tantum gradu compositione quinquaginta ducatorum auri de Camera ad Datariam transmittendorum, ad effectum, ut inconcussus moris est, erogandi elemosynas, nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum, quo casu etiam hæc gratia absque ulla compositione similiter expediatur.

§. 35. Si vero Oratores, qui obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi, & secundi, sive secundi dumtaxat gradus consanguinitatis, seu affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita, occulta, & malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius habendam dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis recurrant ad dictam Pœnitentiarum, possit idem Major Pœnitentiarum desuper dispensare cum miserabilibus personis explicite affirmantibus se uti tales & sub illa expressa qualitate, & forma misera-

De Apostatis, Religiosis, & transigentibus ad aliam Religionem.

De Matrimonii contrahendis.

De Matrimonii contractis.

De Dispensationibus, & compositionibus Datarie pro Matrimonii.

bilium



bilium dispensationes a Dataria obtinuisse; Cum iis vero, qui non tanquam pauperes, sed uti ex honestis familiis, sive uti nobiles, sive uti illustres, fuerint similiter ab eadem Dataria dispensati, idem Major Pœnitentiarius non dispenset, nisi soluta prius in Dataria, ad effectum pariter erogandi in elemosynas, taxa cum Datario pro tempore existente concordanda. Quod si supplicantes sint pauperes, itaut vere, & realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere nequeant, præfatus Major Pœnitentiarius insimul cum eodem Datario opportune provideat.

De impedimento affinitatis ex copula illicita.

§. 36. Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario proveniente, quotiescumque adstet rationabilis causa, licet periculum revelationis, seu scandalorum non immineret, vel non adesset, in Matrimonii tam contractis, quam contrahendis in Foro conscientie tantum; quoties vero affinitas hujusmodi post contractum Matrimonium supervenerit, ut debitum peti possit, in eodem conscientie Foro dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

De impedimento criminis adulterii.

§. 37. Super occulto impedimento criminis Adulterii, si fuerint cum fide data dumtaxat neutro machinante commissum, possit tam in contrahendis quam contractis Matrimonii dispensare; Si vero crimen hujusmodi fuisset utroque, vel altero machinante patratum, possit dispensationem concedere, raro tamen, & quando necessitas postulaverit ratione alicujus gravis imminenti periculi, quod prudentia Majoris Pœnitentiarum, re præsertim discussa in Congregatione, vel Signatura, arbitrandum erit.

De pluralitate impedimentorum, & prole.

§. 38. Declaramus tamen, quod facultates præfate a nobis majori Pœnitentiarum, & ejusdem Pœnitentiarum Officio concessæ circa dispensationes Matrimoniales, locum habeant, etiam si gradus, & impedimenta hujusmodi multiplicia sint quacunq; & quantacumque multiplicitate, volentes in Literis hujusmodi dispensationum Matrimonialium posse prolem, ubi opus erit, sive susceptam, sive suscipiendam, non tamen in adulterio conceptam, in foro conscientie tantum, legitimam decernere, necnon apponi clausulam *Nullo &c.* prout in hujusmodi materiis hæctenus ipsa Pœnitentiarum servare consuevit.

De votis simplicibus.

§. 39. Vota simplicia quæcumque quomodolibet emissa, tamen si privato juramento confirmata, etiam castitatis, Religionis, visitationis liminum Sanctorum Petri, & Pauli de Urbe, Sepulcri Dominici, & S. Jacobi de Compostella, possit idem major Pœnitentiarius in alia pietatis opera commutare, votorum implementum differre, ab illorum transgressionibus absolvere, & cum iis, qui Matrimonium contrahendo votum castitatis transgressi sunt ad licite debitum conjugale petendum dispensare, & respective commutari, differri, absolvi, & dispensari mandare semper in foro conscientie tantum possit, & valeat, consideratis causis commutationum, dilationum, absolutionum, & dispensationum hujusmodi, & adjectis clausulis, quæ opponere, iisque injunctis, quæ injungere hæctenus Pœnitentiarum laudabiliter consuevit.

De Divino Officio.

§. 40. Super recitatione divini Officii, seu horarum canonicarum propter aliquam impossibilitatem, seu moralem difficultatem cum commutatione in alias preces, vel orationes, seu illarum injunctio facultatem habeat dispensandi.

De juramento.

§. 41. Juramenta quæcumque, in quibus exploratum erit, nullum cujusquam agi præjudicium, facultatem habeat in foro conscientie dumtaxat relaxandi.

De rebus male ablatis.

§. 42. Quoad male ablata, vel retenta, quando Domini sunt incerti, & casus sunt occultis, partem aliquam delinquentibus pauperibus, si

eorum qualitate, & necessitate pensatis, ita videbitur, remittere, seu condonare, vel remitti, seu condonari mandare possit; residuum vero pauperibus, vel in pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa ablata, extorta, seu usurpata sunt, distribui, seu converti mandet.

De Dotibus Virginum.

§. 43. Cum puellis, quæ Virgines non sunt, & dotes petunt, seu obtinuerunt a Confraternitatibus, aut aliis locis, vel dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illis Virginitatem tantum dent, seu distribuunt, in occultis, & in foro conscientie tantum, quatenus illæ in posterum honeste vivant, facultatem habeat dispensandi.

De dubiis.

§. 44. Dubia in materia peccatorum, seu forum pœnitentiale alias quomodolibet concernentia cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum valeat declarare.

De Commissionibus.

§. 45. Commissiones majoris Pœnitentiarum, etiam si committens, illis nondum præsentatis, re integra desinat quomodocumque Pœnitentiarius existere, non expirent.

De Apostolica Sede vacante.

§. 46. Sede Apostolica vacante major Pœnitentiarius, ejusque Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientie pertinent, in reliquis eorum Officium conquirent, & a quibuscumque Matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtum, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant.

De Procuratoribus, & Scripatoribus Pœnitentiarum.

§. 47. Quotiescumque Procuratores, & Scripatores Pœnitentiarum secreta aliqua mala valedudine detinentur, vel ex aliqua legitima causa major Pœnitentiarius expediens judicaverit, possit alios in eorum locum durante infirmitate, seu causa subrogare, seu substituere præfatis solo juramento, & cum iisdem obligationibus, quibus alii Procuratores, & Scripatores titulati adstringuntur.

De Minoribus Pœnitentiariis.

§. 48. Nullus minor Pœnitentiarius trium Basilicarum Urbis possit admitti, seu recipi ad Officium, nisi prius a majori Pœnitentiarum, ac Pœnitentiarum Congregatione, seu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & postquam admittis fuerit, nequeat sine ejusdem licentia concedere, seu dimittere, idemque servetur quoad minores Pœnitentiarios Lauretanos, quibus, & aliis supradictis major Pœnitentiarius possit facultatem ad libitum concedere, & restringere, & quorum examen possit in absentia etiam Episcopo in partibus sibi benevisis, committere.

De aduentibus Pœnitentiarum Majorum.

§. 49. Omnibus Christianis, qui ex veteri, & laudabili Instituto Pœnitentiarum majorem munere suo statutis diebus in hebdomada majori solemniter fungentem pie, reverenterque adierint, seseque pœnitentia virga tangendos submiserint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesie consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem majori Pœnitentiarum confirmamus, & quatenus opus sit de novo concedimus.

Clausula.

§. 50. Decernentes præfatas Literas, etiam ex eo, quod major Pœnitentiarius, ac præfata Pœnitentiarum Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu audit non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, & juridica de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostre, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & a majori Pœnitentiarum, Rege, & Officialibus prædictis, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fun-

gentes,



gentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Late-  
re Legatos, subblata eis, & eorum cuilibet qua-  
vis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,  
ubique iudicari, & diffiniri debere; irritum quo-  
que, & inane quicquid secus super omnibus, &  
singulis præmissis, vel circa ea a quoquam qua-  
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contige-  
rit attentari.

§. 51. Non obstantibus præmissis, & aliis qui-  
buscumque Constitutionibus, & Ordinationibus  
Apostolicis, & dictæ Pœnitentiariæ, etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia  
firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus  
quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis,  
privilegiis, indultis, & Literis Apostolicis  
eiusdem Pœnitentiariæ Officio, illiusque majori  
Pœnitentiario, ac Officialibus, & Ministris, &  
quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, &  
formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis  
derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis  
clausulis, & Decretis in genere, vel in specie,  
etiam Motu proprio, & alias quomodolibet per  
prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac  
etiam nos concessis, innovatis, confirmatis, &  
approbatis.

§. 52. Quibus omnibus, & singulis, etiam si  
pro illorum sufficienti derogatione de illis eorum-  
que totis tenoribus specialis, specifica, indivi-  
dua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non  
autem per clausulas generales idem importan-  
tes, mentio, seu quavis alia expressio habenda,  
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda  
foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad ver-  
bum nihil penitus omisso, & forma in illis tradi-  
ta observata, iisdem præsentibus pro plene, &  
sufficienter expressis, & insertis habentes, ad ef-  
fectum præsentium, illis alias in suo robore per-  
mansuris, harum serie derogamus, cæterisque  
contrariis quibuscumque.

§. 53. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam  
hanc nostrarum compilationis, concessio-  
num, prohibitionum, Decretorum, Statuti, vol-  
untatis, declarationis, confirmationis, derogationis,  
aliorumque præmissorum infringere, ei-  
que ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attentare præsumperit indignationem Omnipotentis  
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum  
ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno  
Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo  
nonagesimo secundo, tertio nonas Septembris,  
Pontificatus nostri Anno Secundo.

XVIII.

Extenditur senarius numerus Magistrorum Fratrum  
Eremitarum Sancti Augustini Mexicanæ  
Provinciæ ad duodenarium.

*Idem factum legitur pro Provinciâ Batavâ Constit.  
ed. 1692. Febr. 2. P. 1. Et Clem. XI. Constit.  
ed. 1710. Maji 20. P. 10. pro Provinciâ Chilian.*

Dat. 28. Sept.  
1692. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Numerus  
Magistrorum  
auctus fuit a  
Capitulo  
Gener. 1685.

Cum sicut dilecti filii Prior Provincialis, &  
Diffinitores Provinciæ Mexican. in Indiis Oc-  
cidentalibus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Au-  
gustini nobis nuper exponi fecerunt, Capitulum  
Generale dicti Ordinis anno 1685. in alma Ur-  
be nostra celebratum senarium Magistrorum nu-  
merum in Provinciâ prædictâ, benedictente Do-  
mino, multum Terris diffusa usque ad duode-  
narium extendendum esse censuerit, si nostra, &  
huius Sanctæ Sedis facultas desuper accederet,  
similis vero extensio numeri Magistrorum pro

Peruana, & Bætica Provinciis ejusdem Ordinis  
in dicto Capitulo Generali facta a fel. rec. Inno-  
centio XI., & Alexandro VIII. Romanis Pontifi-  
cibus prædecessoribus nostris per quasdam eo-  
rum in simili forma Brevis literas die 22. Janua-  
rii 1688., & die 21. Januarii 1690. respectively ex-  
peditas approbata, & confirmata fuerit, nobis  
propterea Exponentes præfati humiliter suppli-  
cari fecerunt, ut sibi pariter in præmissis oppor-  
tune providere, & ut infra indulgere de benigni-  
tate Apostolica dignemur.

§. 1. Nos igitur eosdem exponentes speciali-  
bus favoribus, & gratis prosequi volentes, &  
eorum singulares personas a quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-  
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis  
a jure, vel ab homine quavis occasione, vel  
causa latis, si quibus quomodolibet innodata  
existunt ad effectum præsentium dumtaxat con-  
sequendum harum serie absolventes, & absolu-  
tas fore censentes, huiusmodi supplicationibus  
inclinati, ut de cætero senarius dictæ Provinciæ  
Mexicanæ Magistrorum numerus ad duode-  
narium, servata tamen in reliquis quoad promo-  
vendos ad Magisterii gradum formam per Apo-  
stolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, necnon  
specialia ipsius Provinciæ Mexicanæ Decreta, &  
consuetudines præscripta, augetur auctoritate  
Apostolica tenore præsentium, concedimus, &  
indulgemus.

§. 2. Decernentes easdem præfatas literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, &  
spectabit in futurum in omnibus, & per omnia  
plenissime suffragari: Sicque in præmissis per  
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,  
etiam causarum Palatii Apostoli Auditores judi-  
cari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane,  
si secus super his a quoquam quavis auctori-  
tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus rec. mem. Sixti V., &  
Clementis VIII. Romanorum Pontificum, etiam  
prædecessorum nostrorum de senario Magistro-  
rum numero, aliisque Constitutionibus, & Or-  
dinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ Me-  
xicanæ, & Ordinis prædictorum, etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis  
firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudi-  
nibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis  
Apostolicis in contrarium præmissorum quomo-  
dolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-  
bus omnibus, & singulis, illorum tenores præ-  
sentibus, pro plene, & sufficienter expressis,  
ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo  
robore permansuris ad præmissorum effectum hac  
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,  
cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam  
impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-  
tis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate  
constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique  
locorum tam in Judicio, quam extra illud ha-  
beat, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo-  
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembris  
MDCXCII., Pontif. nostri Anno Secundo.

Declaratur Statutum Ordinis Carthusien. Priori  
Carthusiæ factum non egrediendi a terminis  
sue Eremitæ.

*Ab Inn. XI. confirmata fuit nova Collectio Statuto-  
rum Const. ed. 1688. Mar. 27. P. 12. hujus Ponti-  
ficis Const. ed. 1692. Apr. 11. P. 1. extat Decre-  
tum Congreg. particularis super quadam causa. Et*

Præces Pro-  
vinciæ.

Extensio  
prædictæ.

Clausula.

XIX.

Const.



*Const. ed. 1698. Jul. 25. Pont. 8. confirmatur  
Constitutio Julii II. pro pace servanda.*

*Dat. 4. Nov.  
1692. An. 1.*

## INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

**E**X injuncto Nobis cælitus pastoralis sollicitudinis munere ad ea peculiare vigilantie nostræ curas libenter convertimus, quæ prospere Christianis, qui e fluctibus sæculi in portum vite Religiosæ confugerunt, gubernio ac illorum statui, & quieti conducibilia fore in Domino arbitramur.

Declaratio  
Capituli  
Gener. excipien-  
tis nonnullis  
casus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Carthusien., quod tamen alias Capitulum Generale Ordinis nonnulla statutorum ipsius Ordinis auctoritate Apostolica nuper confirmatorum verba, quibus exprimitur, quod Prior Carthusiæ, nunquam terminos Eremiticæ egreditur, ita declaraverit, ut sub illis urgentes necessitates non comprehendantur, nihilominus, quia aliquando, ac præsertim his calamitosis temporibus contingere potest, ut ipsius Carthusiæ, & aliæ ei vicinæ Domus dicti Ordinis, inter quas tria Monasteria Monialium numerantur, tam gravibus periculis, & damnis obnoxie reperiebantur, ut illis non aliter, quam per egressum dicti Prioris ab Eremiticæ prædictæ, ejusque personalem assistentiam occurrere possit, ipse Procurator Generalis, ut quavis de cætero hac in re controversiarum, & questionum occasio penitus præcidatur, peculiari de super paternæ charitatis, ac prudentiæ nostræ præsidium accedere plurimum desiderat. Nobis propterea dilecti etiam filii moderni Prioris Carthusiæ hujusmodi nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces  
Procuratoris  
Gener. & Prioris  
Carthusiæ.

§. 2. Nos igitur Priorem, & Procuratorem Generalem prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum consilio, imminenti pericula bellorum, seditionum, tumultuum popularium, & morborum pestiferorum, necnon incendia, ruinas ædificiorum, aliisque graves, & insolitos casus, sive in ipsius Carthusiæ domo, sive in ejus Grangis a prædicta domo ultra duas dietas non distantibus quomodocumque eventuros, quibus non aliter, quam per ipsius moderni, ac pro tempore existentis Prioris Carthusiæ hujusmodi præsentiam provideri valeat, sub prohibitione egressus ab Eremiticæ terminis eidem Priori per statuta supradicta, sicut præmittitur, facta, minime comprehendendi; præterea nec etiam sub prohibitione hujusmodi gravium, & urgentium necessitatum casus, qui aliquando in tribus Monasteriis Monialium dicti Ordinis eidem Domui, ut præfertur vicinis contingere possunt, comprehendendi, itaut illis opportune occurrere gratia dictus Prior, de consensu tamen Capituli generalis ipsius Ordinis, ad tempus ad id necessarium dumtaxat terminos supradictos egredi libere, & licite, ac absque ullo conscientie scrupulo, aut poenarum per statuta prædicta quomodolibet impostarum incursum possit, & valeat auctoritate prædicta tenore præsentium declaramus.

Declaratio  
Pontificia excipiens  
novos alios casus  
sub certis  
conditionibus.

Clausula.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore,

suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die IV. Nov. MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Confirmantur quædam Decreta Diffinitiorum, & Capitulorum Generalium pro pace utriusque Congregationis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum.

XX.

*Const. ed. 1692. Octob. 11. Pont. 2. leguntur Decreta  
Prioris generalis pro studiis. Const. ed. 1693. Janu-  
uar. 2. P. 2. extat Decretum Capituli Gener. pro  
alternativa in Provincia Castellæ. Et Constitutio  
ed. 1694. Feb. 9. P. 3. declaratur quoddam Breve  
circa Superiores Monialium Excalceatorum.*

## INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Procuratores Generales utriusque Congregationis Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, quod non modo ad mutuum charitatem inter Religiosos ipsarum Congregationum, verum etiam Regularem observantiam invicem fovendam, primo quidem in Hispaniâ mense Septembr. 1690. & Italiâ Congregationum prædictarum die 12. Januarii 1691. Diffinitoris Generalibus, subinde vero in primodiâ 5. & 13. diebus Maii dicti anni 1691. in secundo dictæ Congregationum hujusmodi die 7. mensis Maii proxime præteriti respectively celebratis Capitulis Generalibus pariformiter deliberatum, decretum, ac ordinatum, & hinc inde acceptatum fuit, ut quomodocumque, & quomodocumque, sive cum debita licentia, sive sine ea, & ex quacumque causa, ratione, aut prætextu contingeret Religiosum, seu Religiosos unius ex dictis Congregationibus ad locum, seu loca intra terminos alterius Congregationis hujusmodi existentia pergere, divertere, transire, aut commorari, ita pergentes, divertentes, transientes, aut commorantes benigne tractarentur, ac hospitio exciperentur, necnon Superiorum, seu Prælatorum illius Congregationis, intra cuius terminos reperirentur, jurisdictioni, & obedientiæ in omnibus, & per omnia subjacerent, & subessent, ac ad omnes hujus Congregationis observantias, & Constitutiones tenerentur perinde ac si ejusdem Professorum existerent, itaut illius Superiori tanquam proprio obedire, ejusque directioni, gubernio, visitationi, correctioni, & punitioni subjacere tenerentur; ipse vero

Dat. 22. Nov.  
1692. An. 2.

In præd. Decretis instituitur communicatio inter Congregationes Hispaniæ & Italiæ.



Superior etiam per formalia precepta illis jubere, & eosdem dirigere, gubernare, visitare, corrigere, & punire, etiam per censtras, & contra eos juxta casum contingentiam ad sententias, & pœnas in illius Congregationis, cujus ille Superior esset, Constitutionibus præscriptas procedere possit, adeo ut Professores dictæ Congregationis Hispaniæ intra terminos Congregationis Italiæ supradictæ reperti, perinde ac si de Congregatione Italiæ hujusmodi essent, e contra verò Professores dictæ Congregationis Italiæ intra terminos supradictæ Congregationis Hispaniæ pariter reperti, perinde ac si de dicta Congregatione Hispaniæ essent, tam in favorabilibus, quam in odiosis (non tam quoad Superioritates, & officia) respective haberentur, alerentur, & tractarentur conventionem inter ipsas Congregationes facta ita observandi, & observari faciendi, necnon jurisdictione vicissim communicata, seu translata, & communicatam, seu translata vicissim pariter acceptata, & alias prout in eorumdem Diffinitiorum, & Capitulorum Generalium Decretis desuper emanatis uberius dicitur contineri.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
jungebat, in iisdem Diffinitoriis, & Capitulis Generalibus pro præmissorum omnium validitate, & firmitate subsistentia ulterius statutum fuerit, ut illorum confirmatio ab hac S. Sede impetranda esset: nobis propterea Exponentes præfati humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, ordinationes præfatas in Diffinitoriis, & Capitulis Generalibus utriusque Congregationis hujusmodi factas, ut præfertur, emanataque desuper Decreta supradicta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque in violabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; sicut in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationum, & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscis die XX. Novemb. MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Conceduntur Indulgentiæ perpetuæ utriusque sexus personis Ord. S. Francisci de Observantia necnon Christianidelibus Societatum in illorum Ecclesiis erectarum.

Alia Indulgentiæ extant Inn. XI. Const. ed. 1687. Jan. 22. Pont. 11. Et hujus Pontificis Const. ed. 1695. Aug. 18. Pont. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD ea, per quæ Animarum Christianidelium salus procuratur libenter intendimus, & eorumdem Christianidelium devotionem, ut spiritualibus exercitiis ferventius incumbant, caelestium munerum largitione libenter fovemus, & incitamus.

§. 1. Itaque de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus quoque dilecti Filii Francisci Diaz a Sancto Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Diffinitoris Generalis necnon Missionum pro familia ultramontana dicti Ordinis Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, & aliis utriusque sexus personis Ordinum, & Congregationum obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis ejusdem Ordinis nunc, & pro tempore subjectis, ac etiam Christianidelibus Confratribus, & Confororibus quarumlibet Confraternitatum, & Societatum, sive sub Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, sive sub alio quolibet titulo, seu Invocatione tam hæcenus in eorumdem Fratrum, & Monialium Ecclesiis canonice erectarum, quam in posterum canonice erigendarum, qui per quadrantem horæ Orationi Mentali vacaverint, pro qualibet vice centum dies, qui per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, & per totum mensem dabunt operam, & vere pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumperint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii Animabus Christianidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, Apostolica auctoritate tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus. Insuper quod Fratres, & Moniales, ac utriusque sexus personæ hujusmodi orationi mentali, sive (ut dicitur) *Via Crucis exercitio*, ad quam, seu quod ratione eorum Regulæ, & Constitutionum quolibet die tenentur, operam dantes, prædictas omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes proportionabiliter lucrari, & consequi possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

XXI.

Dat. 24. Dec. 1692. Au. 2.

Exordium.

Preces Diffinitoris Gen. & Procuratoris Ultramontani.

Concessio Indulgentiæ.

100. dierum.

Plenariæ per modum suffragii.

Nova concessio præd. Indulgentiarum.

Preces Procuratorum Generalium.

Confirmatio præd. Decretorum.

Clausula.



§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; cæterisque contrariis quibuscumque:

§. 3. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis; manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii Generalis dicti Ordinis subscriptis, & sigillo Ministri Generalis ejusdem Ordinis vel alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXIV. Dec. MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXII.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ordinis Carmelitarum pro Alternativa in Provincia Castellæ.

Const. ed. 1692. Nov. 22. P. 2. reperiuntur Decreta Capitulum General. pro pace utriusque Congregationis, Const. ed. 1694. Feb. 9. P. 3. declaratur quoddam Breve circa Superiores Monialium Excalceat. Regni Franciæ. Et Clem. XI. Const. ed. 1702. Novem. 24. P. 2. extat Decretum Card. Protectoris circa erectionem Confraternitatum, & distributionem Scapularium pro Congregatione Hispaniæ Excalceat.

Dat. 2. Jan. 1693. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Species facti.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beate Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime celebrato ad religiosam pacem ob varias lites in Provincia Castellæ ejusdem Ordinis, quippe quæ in duas partes, nempe in veterem & novam dividitur, exortas hæud parum conturbatam, firmiter stabilendam, necnon ad ipsius Provincie instantiam quædam Alternativa quæ ad officia Provincialatus, & socii ejusdem Provincie inter partes præfatas de cætero servanda ordinata fuit, prout continetur in Decreto dicti Capituli Generalis desuper emanato tenoris, qui sequitur videlicet: Die Mercurii scilicet 28. coram Illmo Dño Busto statutum est, quod cum Castellæ veteris, & nova habeant Alternativam in officio Provincialatus, & Socii, itaut quando Provincialis est ex una Castellæ, Socius illius sit ex alia: & in spatio triginta quatuor annorum magna fuerit inæqualitas in præjudicium Castellæ veteris; ut Alternativa in posterum æqualiter mensuretur, si Provincialis sit in Gubernio per triennium, vel quadriennium in una Castellæ, sit etiam Provincialis Castellæ ex altera parte per æquale tempus; sive per mortem, sive per assumptionem, sive per liberam renunciationem, cesset Provincialatus; itaut ex illa parte, ad quam pertinet regimen adæquetur triennium, vel quadriennium. Et quia in præfati Rev. admodum Pr. Magister Ludovicus Sbarra habet gubernium per quadriennium, Provincialis, qui eligitur anno 1693. per quatuor annos debebit gubernare, & sic alternatim, ut post quadriennium Castellæ veteris, incipiat Castellæ nova tantum per triennium, nisi adsint urgentissimæ causæ, sed semper deinceps servetur Alternativa æqualiter, itaut Clausula, quæ est in actis reunionis nullo modo inficiat huic præfati Decreto, quod conficitur pace, & quiete utriusque Provincie ad vitandum omne litigium.

Preces Procuratoris Generalis.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio sub-

jungebat prædictus Procurator Generalis Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interditi, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Notariorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum; qui dilectum filium modernum Priorem Generalem dicti Ordinis audiverunt, consilio Decretum præinsertum a Capitulo Generali præfato die 28. Maji proxime præteriti editum, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplementis, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 2. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quâdocumque spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Provincie hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die II. Januarii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Confirmatur Decretum Capituli Intermedii Monachorum Cisterciensium Congr. Portugalliæ de non recipiendis illegitimis, & a quavis alia Religione expulsi.

XXIII.

Alex. VIII. Const. ed. 1689. Decemb. 23. P. 1. agitur de electione Abbatis. Et hujus Pontif. Const. ed. 1694. Mar. 24. P. 3. de Appellatione ad iudices extra Religionem.



Dat. 16. Jan.  
1693. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Species facti.

**E**Xponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbas Generalis, & Diffinitores Congregationis Monachorum Portugalliae Ordinis S. Bernardi, quod in Capitulo intermedio *Juncta* nuncupato dictae Congregationis die 8. Septembris proxime praeteriti in Monasterio Sanctae Mariae de Alcobaça ejusdem Congregationis celebrato, attente perpensis causis propter quas fel. re. Sixtus PP. V. Praedecessor noster Constitutionem quamdam contra illegitimos ne in ordinibus Regularibus reciperentur ediderat, nec non praevia matura consideratione factum fuit statutum, seu Decretum, tenoris, qui sequitur videlicet. In Capitulo intermedio vulgo nuncupato *Juncta* sub die 8. Septembris currentis anni 1692. celebrato in Ven. Monasterio Sanctae Mariae de Alcobaça Domo Capitulari Congregationis Monachorum Cisterciensium Regni Portugalliae statutum, & definitum fuit, ut infra videlicet. Attentis causis, quae digne moverunt Sanctae Memoriae Papam Sixtum V. ad effectum prohibendi ne in Religionibus personae illegitimae acceptarentur, eisdemque causis matura ponderatione in ista *Juncta* consideratis per nostrum Reverendissimum Patrem Abbatem Generalem, aliosque Diffinitores PP. mandamus, & praecipimus ne ab hodie in posterum nemo in hac nostra Congregatione acceptetur, seu recipiatur pro Religioso, qui sit illegitimus, etsi quacumque qualitate, aut praerogativa praedictis sub penis contentis in Constitutionibus ac etiam expressis in motu proprio ejusdem Summi Pontificis incipien. *Cum de omnibus Ecclesiasticis Ordinibus &c.* Et proinde renunciatis habere volunt modificationes Apostolicas favore dictorum illegitimos emanatas, & quomodolibet publicatas, ita ut huic nostrae Diffinitioni, ac legi derogari, & dispensari non valeat. Ac pariformiter acceptari non debeat pro novitio aliqua Persona, quae expulsa fuerit aut ingressa in quamcumque aliam Religionem, etsi quacumque qualitate, seu praerogativa praedictis.

Decretum d. Capituli, seu *Juncta*.

Preces Generalis, & Diffinitorum.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, exponentes praefati statutum, seu Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communitari summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiti, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari; Sique in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debe-

te; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
ranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit supradictae Congregationis Monachorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die XII. Jan. MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Confirmatur concordia super exercitio Jurisdictionum in quibusdam Terris cum separatione Territorium inter Episcopum Aquilan., & Monachos Caeselinos.

XXIV.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 14. Febr.  
1693. An. 2.

**E**Xponi Nobis nuper fecerunt Venerabilis Frater modernus Episcopus Aquilan., ac dilectus Filius Procurator Generalis Congregationis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Caeselinorum nuncupatorum, quod ipse Episcopus, & dilecti Filii Abbas Generalis, & Monachi dictae Congregationis pro tollenda, ac penitus extinguenda controversia, quae super exercitio Jurisdictionis Spiritualis in Terris Sancti Pii, Caporciani, necnon Sancti Benedicti in Perillis, usque ab anno 1530. inter tunc existentes Episcoporum Aquilan. ex una, & Monachos Congregationis praedictae ex altera partibus exorta fuerat, & usque ad hac nostra tempora in variis instantiis coram diversis Judicibus agitata perduraverat, ad infrascriptam, reservato tamen desuper Nostro, & hujus Sanctae Sedis Beneplacito, devenerunt concordiam, ut scilicet Abbas, & Monachi praedicti omnem, & quamcumque Jurisdictionem Spiritualem in supradictis Terris Sancti Pii, & Caporciani eidem Episcopo cedant: è contra vero omnimoda Jurisdictio Spiritualis hujusmodi in praedicta Terra Sancti Benedicti de Perillis dictis Monachis remaneat, itant pro tempore existens Abbas Monasterii de Collemadio dictae Congregationis omnimodam inibi, & plenariam Jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem, & tanquam in statu nullius Diocesis, & separato Territorio existens habere debeat, absque eo quod dictus Episcopus, aut Successores ullo unquam tempore Jurisdictionem ordinariam, vel delegatam in ipsa Terra Sancti Benedicti de Perillis sibi vindicare, seu pretendere possint, & alias prout in publico desuper per acta Successoris Antonii Felicii Petrocchi olim Notarii Curiae Caesarum Camerae Apostolicae Generalis Auditoris die prima Julii proxime praeteriti celebrato Instrumento uberius dicitur contineri. Quare dicti Exponentes, asserentes concordiam hujusmodi ulteriores lites effugiendi studio initam fuisse, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Causa Concordiae.

Lis orta  
anno 1530.

Concordia, qua assignata fuit Episcopo Jurisdictio in Terris S. Pii, & Caporcianis; Monachis vero illa S. Benedicti in Perillis.

Preces partium.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eo-



INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

**A**lias fel. rec. Innocentio PP. XI. Prædeceffori nostro pro parte tunc existentis Vicarii Provincialis Provinciae Franciae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Oblervantia nuncupatorum tam suo, quam Diffinitorii ejusdem Provinciae nomine juxta Capitularem resolutionem die 3. Maji tunc proxime præteriti factam exposito, quod cum juxta Sedis Apostolicæ, dictique Ordinis Constitutiones, quæ a quindecim circiter abinde annis suum fortitæ fuerant effectum, Guardiani in suis Officiis ultra triennium continuare non possent, nec deberent, minusque plura officia in eadem persona combinari, dicta autem Provincia ita vasta, & ampla existeret, ut rarus in ea esset, & vix sufficeret numerus Religiosorum iis qualitibus prædictorum, qui triginta octo Conventus, & duobus Hospitiis, quibus Provincia prædicta componebatur, digne, & laudabiliter sub Guardiani, vel Superioris titulo præficerentur Fratres Diffinitorii ejusdem Provinciae in eorum Provincialibus Capitulis, & Congregationibus intermediis plures non quidem habiles, sed inter cæteros minus inhabiles ad Guardiani officium promovere coacti fuerant. Et in eadem expositione subjuncto, quod dictus Vicarius Provincialis in decursu Visitationum Conventuum hujusmodi, quas fecerat, regularem disciplinam exinde in plerisque eorum non mediocrem perpessam fuisse jacturam, ipsamque Provinciam varia eaque magna in spiritualibus, & temporalibus detrimenta in dies expediri animadvertisset, & ut opportunum his incommodis remedium adhiberetur, idem Vicarius Provincialis Fratribus Diffinitorii dictæ Provinciae, ut in tunc proximo eorum Capitulo Provinciali Guardianos, quos magis idoneos reperissent in suis officiis usque ad sequens Provinciale Capitulum absque præjudicio suffragiorum ejusdem in electionibus competentium, & perinde ac si per tres annos tantum Guardiani existissent, non solum continuare, sed etiam in uno, eodemque Religioso alias capaci, & idoneo, illa officia ipsum vacare posse judicassent continuare libere, licite, & valide possent, & valeret a prædicto Innocentio Prædecessore indulgere plurimum desiderabat; Idem Innocentius Prædecessor supplicationibus dicti Vicarii Provincialis nomine sibi super hoc humiliter porrectis, inclinatus, Provinciali, & Diffinitoribus prædictæ Provinciae, quoties necessitas exigeret, confirmandi Guardianos in eorum officiis ultra triennium, & usque ad Capitula Provincialia, salvis eorum Juribus, & prerogativis, necnon eligendi ad Guardianatus officium eos, qui Diffinitoriatus munere fungebantur, facultatem auctoritate Apostolica concessit, & impartitus fuit, & alias prout in ipsius Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 12. Februarii 1678. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

**S. 1.** Cum autem sicut dilectus Filius Franciscus le Roux Minister Provincialis Provinciae S. Bonaventuræ dicti Ordinis in Sacra Theologia Doctor tam suo, quam Diffinitorii Provinciae S. Bonaventuræ hujusmodi nomine Nobis nuper exponi fecit, in Provincia S. Bonaventuræ præfata eadem prorsus rationes, imo urgentiores militent, quandoquidem ipsa Provincia S. Bonaventuræ in Provincia Franciæ prædicta amplior existit, majorque in ea, quam in quavis alia dicti Ordinis Provinciae Conventuum numerus reperitur, ac proinde dictus Franci-

Hujusmodi facultas primo concessa fuit ab Inn. XI. Provinciae Franciæ.

Causa extensionis prædictæ facultatis Et preces Ministri Provincialis.

rum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, prævia separatione Territoriorum, & Jurisdictionum, qua mediante Territoria Castrorum, seu Terrarum Sancti Pii, & Caporciani, ac in illis omnimodam Jurisdictionem eidem moderno, ac pro tempore existenti Episcopo Aquilano, Castri vero seu Terræ Sancti Benedicti in Perillis Territorium, & in illo omnimodam quasi Episcopalem Jurisdictionem Monachis Congregationis prædictæ, seu pro tempore existenti Abbati Monasterii Collis Madii ejusdem Congregationis respectivè auctoritate Apostolica tenore præsentium assignamus, eandem concordiam, confectumque desuper Instrumentum, cum omnibus, & singulis in eo contentis, alias tamen licitis, & honestis auctoritate, & tenore prædictis confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

**S. 2.** Decernentes eandem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Camerae Apostolicæ Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

**S. 3.** Non obstantibus fel. recor. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ecclesiæ Aquilanae Monasterii, & Congregationis, Monachorum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam Jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIV. Februarii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Separatio, & concessio Territoriorum, ac Jurisdictionum prædictarum.

Confirmatio Concordiæ, & Instrumenti.

Clausula.

XXV.

Extenditur facultas confirmandi Guardianos, & promovendi Diffinitores ad Guardianatum pro Provincia Franciæ ad Provinciam S. Bonaventuræ Fratrum S. Francisci de Oblervantia.

*Dicta facultas Provinciae Franciæ extat Innoc. XI. Const. ed. 1678. Feb. 12. Et hujus Pontificis Const. ed. 1694. Apr. 5. P. 5. agit de electione Procuratoris, & Commissarii Gen.*

scus



scus Minister Provincialis facultatem a memorato Innocentio Prædecessore pro dicta Provincia Franciæ sicut præmittitur, concessam, ad Provinciam S. Bonaventuræ præfatam per nos extendi summopere desideret: Nos ipsum Franciscum Ministrum Provinciale specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdici, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac audita super præmissis dilecti Filii Procuratoris Generalis dicti Ordinis relatione, facultatem Provinciam, & Diffinitoribus Provincie Franciæ prædictæ quoties necessitas exigeret confirmandi Guardianos in eorum officiis ultra triennium, & usque ad Capitula Provincialia, salvis eorum Juribus, & prærogativis necnon eligendi ad Guardianatus officium eos, qui Diffinitoriatu munere fungebantur a prædicto Innocentio Prædecessore per suas literas præarratas concessam, ut præfertur ad prædictam S. Bonaventuræ Provinciam, servata tamen earumdem literarum forma, & dispositione, ac itaut circa temporis extensionem conscientia pro tempore existentis Ministri Generalis dicti Ordinis onerata intelligatur, auctoritate prædicta tenore præsentium, extendimus, & ampliamus.

Extensio facultatis præd. ad aliam Provinciam.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provincie S. Bonaventuræ, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Februarii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXVI.

Abrogantur Discreti Locales pro Capitulis Fratrum Capuccinorum Provinciarum utriusque Castellæ.

*Octo Provinciis Germaniæ concessum fuit votum in Capitulis ab Innoc. XI. Const. ed. 1679. Jan. 10. P. 3. Et ab hoc Pontifice declarata, & ampliata præfens abrogatio Constit. ed. 1693. Septem. 12. P. 2.*

Dat. 29. Mar. 1693. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causæ similis abrogationis pro aliis Religiosis.

Nuper pro parte charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

ci Nobis per dilectum Filium nobilem virum modernum Ducem de Medina Cæli ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem expositum fuit, quod tam Prædicatorum, & Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quam aliorum diversorum Ordinum Fratres in Regnis utriusque Castellæ existentes sua Capitula Provincialia cum interventus Superiorum Localium Conventuum Ordinum hujusmodi absque Discretis, seu Sociis, qui olim ab ipsis Conventibus ad effectum sua suffragia ferendi in eisdem Capitulis eligi consueverant, de præsentibus celebrari solent; id siquidem præterquam quod Decretis Concilii Tridentini sub Sess. 25. Cap. 6. ibi: *nec in posterum liceat Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscumque Titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, &c.* magis conformè videtur; necessarium quoque compertum est tum ad tollenda damna, & incommoda, quæ ex eorumdem Discretorum, seu Sociorum electione in Religiosæ pacis, & concordie, quæ in Ordinibus prædictis semper florere debet, præjudicium proveniebant; tum ad impediendas relaxationes quas dependentia, quam tunc Superiores a suis Subditis habebant, producebat; Ipsi enim Superiores, ut dictos suos Subditos, pro iis in Discretos, seu Socios hujusmodi eligendis, quos ad effectum se in perpetuo suarum Provinciarum gubernio confovendi eligi necesse erat, benevolos haberent, Regularis disciplinae conservationi, pro ut eorum Officii erat, incumbere negligebant. Quocirca quoties dictorum Regnorum Religiosi Regularis disciplinae hujusmodi tuendæ zelo ducti, ad ipsius Caroli Regis patrocinium pro eorumdem Discretorum, seu Sociorum abrogatione ab hac Sancta Sede impetranda confugerunt; illud semper adfuit, donec ejusmodi gratiam consecuti fuerunt.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat dictus Carolus Rex certior factus fuerit Fratres Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum in Regnis præfatis existentes, non modo eadem incommoda, & damna, quæ olim Religiosi aliorum Ordinum præfatorum ex electione Discretorum, seu Sociorum hujusmodi experti fuerant, pati; Sed alia multa concurrere, propter quæ Fratres prædicti usum eligendi Discretos, seu Socios prædictos in Provinciis dictorum Regnorum abrogare plurimum desiderant: adeoque ipsius Caroli Regis zelum sollicitant, ut Apostolicæ desuper auctoritatis nostræ partes interponi similiter curet.

§. 2. Nobis propterea ejusdem Caroli Regis nomine per memoratum Ducem humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur piis ipsius Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus a nobis specialiter deputata consilio, Discretos præfatos in Provinciis utriusque Castellæ Fratrum dicti Ordinis Capuccinorum auctoritate Apostolica tenore præsentium tollimus, & removemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Causæ d. abrogationis pro Capuccinis.

Preces Regis Catholicæ.

Abrogatio præd. Discretorum, seu Sociorum.

Clausula.



§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum utriusque Castellæ, & Ordinis Capuccinorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Martii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXVII. Confirmatur erectio Provinciæ Hispan. Clericorum Regularium ministrantium Infirmis, cum redintegratione Provinciæ Bonien., ac nonnullis Ordinationibus.

Ob Inn. XI. Const. ed. 1684. Aug. 31. P. 8. Laici eligi nequeunt in Consultores. Neque gaudere voce activa, & passiva, prout in hujus Pontificis Const. ed. 1697. Aug. 20. P. 7.

Dat. 13. Martii 1693. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

**I**N supremo militantis Ecclesiæ solio paternam Christianifidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus, benedicente Domino proferre jugiter satagentium curam gerentes, illis, quæ felici illorum regimini, religiosæque tranquillitati conducere, arbitramur, peculiarem Pastoralis muneris nostri sollicitudinem propensa charitate adhibemus, sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis salubriter in Domino expedire conspicimus.

Referuntur antiquæ divisiones Provinciarum, & modi eligendi Præfectum Generalem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Præfectus Generalis, & alii Superiores Congregationis Clericorum Regularium ministrantium Infirmis, quod dicta Congregatio diversis temporibus pro ipsorum temporum, & rerum varietate, aliis, atque aliis modis, & formis, semper tamen ex Sedis Apostolicæ indulto gubernata fuit, in ejus etenim primordiis, videlicet anno 1591. tempore fel. record. Gregorii XIV. prædecessoris nostri Præfectus Generalis ejusdem Congregationis eligi consueverat ex toto corpore ipsius Congregationis, quæ postea in quinque Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Mediolanensem, Siculam, & Bononiensem divisâ fuit absque ulla Alternativa, atque ita usque ad annum 1628. observatum fuit, quo tempore rec. mem. Urbanus PP. VIII. etiam Prædecessor noster, decrevit, ut dictus Præfectus Generalis per turnum, una quidem vice ex Romana, altera vero ex Neapolitana, & sic successive ex aliis dictæ Congregationis Provinciis eligeretur, ex singulis enim aliis quatuor Provinciis, ex quibus Præfectus Generalis electus non

esset, singuli Consultores Generales, ex ea vero, ex qua idem Præfectus Generalis pro tempore fuisset, Arbitri Generalis respective assumebantur, sicque servari contigit quousque particularis Congregatio a similis mem. Innocentio PP. X. pariter Prædecessore nostro deputata in duas Provincias, nempe Neapolitanam, quæ etiam Siculam comprehenderet, ac Romanam, quæ reliquis Provinciis prædictis contineret, redegit; verum cum præmissorum occasione variæ perturbationes suborta fuissent, pie mem. Alexander PP. VII. similiter prædecessor noster memoratam Congregationem in quatuor Provincias Romanam videlicet, quæ universum Statum Ecclesiasticum, ac Etruriam comprehenderet, necnon Neapolitanam, & Siculam, ac Mediolanensem, quarum postrema reliquis ejusdem Congregationis, & etiam nonnullas in Hispania fundatas Domos contineret, divisit, & reduxit. Ac insuper voluit, ut Præfectus Generalis alternatim una quidem vice ex Romana, & Mediolanensi indistincte, altera vero vice ex Neapolitana, & Sicula Provinciis prædictis, pariter indistincte eligeretur, cæterum unaquæque Provincia suam habeat Consultorem Generalem; ex illarum vero duarum Provinciarum, ex quibus Præfectus Generalis electus esset, altera, cui scilicet præfectum Generalem ex ea eligi nequaquam obtigisset, Arbitri Generalis assumere- tur. Porro ut ejusmodi turnus servaretur, Provincia Bononien. supradicta dissoluta, atque inter Romanam, & Mediolanensem respective Provincias divisâ fuit.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio sub- jungebat integra nunc ejusdem Congregationis Provincia in Hispaniis erecta seu fundata, non- dum tamen a Sede prædicta confirmata reperia- tur, ac proinde quo dictus turnus in posterum continuari possit, omnisque dissidiorum, quæ in ipsius Congregationis Capitulo Generali, quod de præsentibus celebratur, evenire possent, occasio tollatur, Ipsi Exponentes dictam Provinciam Bo- noniensem in pristinum statum restitui, ipsam- que novam Provinciam Hispaniarum ad hoc, ut Præfectus Generalis una quidem vice ex Roma- na, Mediolanensi, & Bononiensi indistincte, quemadmodum de præsentibus servatur, altera ve- ro vice ex Neapolitana, Sicula, & Hispaniarum respective Provinciis, prout in Capitulo Gene- rali prædicto servandum erit, eligatur Apostoli- cæ confirmationis nostræ patrocinio communiti, necnon ut singulis Provinciis hujusmodi satisfiat ipsi Capitulo Generali, ut postquam dictus Præ- fectus Generalis sic electus fuerit, eligere possit Priorem Generalem, qui simul etiam sit Con- sultor Generalis, & aliis Consultoribus Gene- ralibus præcedat, ipsoque Præfecto Generali, mortis, aut cessionis, aut vilitationis, aut alia ex causa deficiente Vicarius Generalis, ita ta- men, ut unum tantum inconsultis Generalibus suffragium ferre queat usque ad reditum dicti Præfecti Generalis, si is vilitationis causa abfue- rit, si vero mortis, cessionis, vel alia ex causa esse desierit usque ad electionem novi Præfecti Ge- neralis remaneat; necnon præterea singulos eli- gere valeat Consultores Generales ex singulis aliarum duarum Provinciarum ex tribus, qui- bus obtigit Procurator Generalis, aliumque Con- sultorem Generalem ex duarum Provinciarum ex tribus quibus obtigit Præfectus Generalis al- tera, ex altera vero Secretarium Consultæ Ge- neralis, qui simul officium Arbitri Generalis exerceat facultatem concedi. Et quia præteritis temporibus multi Præfecti Generales cum alia- rum Provinciarum damno, & totius Congrega- tionis offensa ipsam Congregationem Superiori- bus sibi Patria, seu Natione conjunctis replerunt, ne de cætero quisquam Congregationis hujus- modi Professor Provincialis, Præfectus, aut Su-

Causæ hujus Constitutionis.



perior Localis extra suam Provinciam eligi, seu deputari, neque in Capitulis Provincialibus, & Generalibus ejusdem Congregationis voce passiva, nisi in sua Provincia gaudere possit a nobis interdicti, & prohiberi summopere desiderent. Nobis propterea Exponentes praefati, asserentes votum Capituli Generalis supradicti a Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium a Nobis specialiter deputata conquestum super praemissa omnibus, & singulis id unum fuisse, humiliter supplicari fecerunt, ut in iisdem praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Congregationis Clericorum hujusmodi statui, & felici directioni quantum nobis ex alto conceditur prospicere, ipsosque exponentes specialis favore gratiae prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de memoratorum Cardinalium, qui praedictum votum audiverunt, consilio, erectionem, seu fundationem supradictae Provinciae Hispaniarum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Praeterea Provinciam Bononiensem praesertim in integrum, & pristinum, ac eum in quo antequam dissolveretur quomodolibet erat statum eadem auctoritate harum serie restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, itaut eidem Provinciae Bononien. assignandi sint Conventus, quibus illa ante dissolutionem constabat, et si qui alius Conventus abinde citra fundatus fuerit in finitimis illis locis circa quem dubium oritur cuinam Provinciae assignari debeat, assignatio hujusmodi arbitrio Capituli Generalis Congregationis hujusmodi facienda sit. Primo, ut Praefectus Generalis memoratae Congregationis de caetero per turnum una quidem vice ex Romana, Mediolanensi, & Bononiensi indistincte, alia vero vice ex Neapolitana, Sicula, & Hispaniarum Provinciis supradictis eligi debeat, quemadmodum antehac una vice ex Romana, & Mediolanensi, alia vero vice ex Neapolitana, & Sicula respective Provinciis hujusmodi eligi consueverat, auctoritate, & tenore praedictis statuimus, & ordinamus. Similiter Procurator Generalis ejusdem Congregationis, qui insimul etiam Consultor Generalis esse, aliisque Consultoribus Generalibus praecedere, necnon Praefecto Generali praefato quomodolibet deficiente Vicarius Generalis ipsius Congregationis remanere debeat, ex altera illarum trium Provinciarum, quibus turnus electionis dicti Praefecti Generalis minime obvenerit, in Capitulo Generali praedicto eligatur. Caeterum ex aliis duabus Provinciis, quibus turnus electionis Procuratoris Generalis hujusmodi obtigerit pro qualibet illarum unus Consultor Generalis, ex reliquarum autem duarum Provinciarum, quibus turnus electionis dicti Praefecti Generalis obvenerit, altera quidem alius Consultor Generalis, reliqua vero Secretarius Consultae Generalis, qui insimul officium Arbitri Generalis ejusdem Congregationis exercere debeat respective assumantur. Demum quod nullus de caetero dictae Congregationis professor Provincialis, Praefectus, seu Superior localis extra suam Provinciam eligi, seu deputari, neque in Capitulis Provincialibus, seu Generalibus ejusdem Congregationis vocem passivam nisi in sua

Provincia habere possit, dicta auctoritate eorundem tenore praesentium decernimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. praedictae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon earundem Congregationis, & Provinciarum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, eidem Congregationi, & Provinciis, earumque Superioribus, & personis quibusvis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, ac pluries approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficenti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respective habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XIII. Maji MDCXCIII., Pontificatus nostri Anno Secundo.

Confirmatur Decretum Congregationis particularis super reformatione Indulgentiarum Canonicis, & Beneficiatis Urbis concessorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Sanctissimus Dominus noster Innocentius Papa XII., ad cujus notitiam pervenit, servitium Basilicarum, & Collegiarum Urbis valde diminui propter Indulta concedi solita nonnullis il-

Clausula.

XXVIII.

Dat. 8. Maji  
1693. An. 2.

Causa institutionis, & Decreti d. Congregationis.



lis illarum Canonice, & Beneficiatis quocumque nomine nuncupatis, vel ratione munerum, quibus funguntur, vel causa studii, cum exemptione ab hujusmodi servicio, & cum privilegio lucrandi fructus, & distributiones etiam quotidianas, tamen iisdem Ecclesiis non inserviant, deputavit particularem Congregationem Eminentissimorum DD. Cardinalium Carpinei, Marefcotti, de Norfolk, Colloredi, & Panciatci, necnon Illustriorum DD. Sperelli, Altoviti, Pallavicini, & Sacripantis, qui ejusdem Congregationis Secretarius sit, ad effectum examinandi eadem Indulta, & proponendi illas moderationes, reformationes, revocationes, & considerationes, quae desuper opportunae verae fuissent.

Servantur omnino quaedam Indulta.

§. 1. Quae sane Congregatio in Palatio praedicti Eminentissimi Carpinei, ter coacta, nimirum sub diebus 13. & 20. Aprilis proxime praeteriti, & 7. currentis mensis Maji censuit, si eidem Sanctissimo D. Nostro placuerit, hujusmodi Indulta quoad Nuncios Apostolicos, necnon intimos, & eidem Sanctissimo actu inservientes familiares, ac Subdatarium, & Camerae Apostolicae Commissarium non esse immutanda.

Revocantur alia.

§. 2. Quoad Gubernatores, & Vice-Legatos Provinciarum, Civitatum, & locorum Status Ecclesiastici, qui durante absentia nunquam possunt Ecclesiis interesse, necnon Procuratorem Generalem Montium, ac Familiares Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium (firmo tamen quoad eorundem Cardinalium Caudatarios remanente Decreto moderatorio Sac. Congregationis Eminentiorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum die 19. Augusti 1690. edito) esse revocanda, & expedire, quod in posterum non concedantur.

Unam reformatur.

§. 3. Indultum inserviens Secretariae Congregationis Eminentiorum Cardinalium Consultationibus negotiorum Ditionis temporalis ejusdem S. R. E. praepositorum concessum esse reformandum, & in posterum refringendum ad illos dies, & horas dumtaxat, quibus ratione hujusmodi servitii aequaliter praestandi impeditus fuerit, ejus conscientia desuper strictissime onerata.

Aliud ad tempus conceditur.

§. 4. Indulta causa studii pro lucrandis fructibus dumtaxat, nec aliter pro lucrandis distributionibus quotidianis esse concedenda, quam pro Ecclesiis, quarum redditus consistunt, vel in solis distributionibus quotidianis, vel in iisdem distributionibus una cum aliquibus fructibus tenebris praebenda, dempta tamen tertia parte, quae interessentibus accrescat, nec pariter concedenda ultra triennium, neque majoribus viginti quinque annis, quinimo hujusmodi aetate vigintiquinque annorum excepta, eadem Indulta, licet idem triennium adhuc expletum non fuerit, expirare.

Reliqua sine abusu conceduntur.

§. 5. Omnes denique habentes Indulta pro singulis diebus, & horis, quibus ratione servitii in eorum muneribus, seu Officiis actualiter praestandi impediti fuerint, adhuc esse punctandos, toties, quoties Ecclesiae, seu Choro non interfuerint, sed in qualibet hebdomada hujusmodi puncta posse, & debere deleri, seu tolli pro illis tantum diebus, & horis, quibus Indultarii allegaverint particularia impedimenta ratione eorum munerum, eorum conscientia desuper strictissime onerata, & circa hujusmodi impedimentorum relevantiam iudicio proprii Vicarii cujuslibet Ecclesiae; in Ecclesiis vero, ubi non adest hujusmodi Vicarius, iudicio dignioris Canonici esse deferendum.

Confirmatio praedictorum omnium.

§. 6. Facta per me infra scriptum hac die 8. Maji 1693. relatione praedictarum resolutionum SSmo D. Nostro, Sanctitas Sua illa approbavit, & a die prima Junii proxime venturi mandavit inviolabiliter observari, Indultis tam a se, quam a Romanis Pontificibus praedecessoribus suis quomodolibet concessis, & aliis contrariis quibuscunque non obstantibus, quibus pro observatione praemissorum amplissime derogavit.

Die 23. Maji 1693. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Ecclesiae Sanctae Joannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Aetate Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Antonium Simoncellum Sanctissimi D. Nostri Papae Cursorem.

Conceduntur Ordini Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum omnia Privilegia, & Indulgentiae aliorum Ordinum, & Religionum.

XXIX.

Eadem Privilegia concessa fuerunt Discaecatis ab Urb. VIII. Const. ed. 1634. Mar. 26. P. 11. Et hujus Pontificis Const. ed. 1695. Apr. 23. P. 4. extat facultas eligendi sibi Conservatores.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dat. 27. Junii 1693. An. 2.

Ad perpetuam rei memoriam.

Salvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani generis Redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem vices licet immeriti gerentes in Terris, Religiosos viros Divinis obsequiis, ac charitatis, & misericordiae operibus, praesertim vero Christianifidelium Captivorum Redemptioni vacantes, pastorali benignitate complectimur, utque eadem opera alacrius continent, & utilius exequantur, gratis, & favoribus, quibus possumus, amplissimis confovemus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Felix Pantaleo Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres, & Religiosi ejusdem Ordinis in Captivorum Redemptionis gravissima quaeque discrimina, & pericula ad id subeundo, pro viribus occupentur, ac ut ad tam pii operis exercitium promptiores in dies reddantur, plurimum cupiant aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia a Sede Apostolica concessa, quae sel. rec. Urbanus PP. VIII. Praedecessor noster per quasdam suas sub plumbo Anno Incarnationis Dominicae 1634. Quinto Kal. Aprilis Pontificatus sui Anno XI. expeditas literas Congregationi Fratrum Discaecatorum dicti Ordinis concessit, & communicavit, Ordini praedicto, illiusque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eandem pariter concedi, & communicari. Nos propterea idem Felix Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Causa d. Concessionis Discaecatis ejusdem Ordinis olim factae.

§. 2. Nos igitur Ordinem praedictum, ex quo uberrimi fructus in Ecclesia Dei ad illius laudem, & Christianae Reipublicae, necnon fidelium Captivorum commodum, & utilitatem in dies proveniunt, firmissimis praedicti vallare desiderantes ipsumque Felicem Procuratorem Generalem, & singulares Ordinis hujus personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione Venerabilis Fratris nostri Alderani Episcopi Ostiensiensis ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati Ordinis supradicti

Preces Procuratoris Gener.



Concessio  
amplissima  
ad privile-  
giorum, &  
Indulgentia-  
rum.

apud Nos, & Sedem prædictam Protectoris super præmissis eidem Cardinalibus facta, eidem Ordini Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, & Regularibus locis sub illo comprehensis, necnon Superiori Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori, Superioribusque Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cujuscumque nominis Officialibus, Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in eo professis, Fratribus pro tempore ad captivos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus, personis Regularibus, Novitiis, Conversis, Donatis, Oblatis, Ministris, familiis, cunctisque tam Officialibus, tam domesticis, & eorum Domibus inservientibus, & cæteris dicti Ordinis, ac illius Domorum, & Regularium locorum personis quibuscumque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christianissimis illorum Ecclesiis, seu Capellis pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præminentis, antelationibus, concessionibus, indultis, & favoribus, Indulgentiis, aliisque prerogativis, & gratiis universis, & singulis tam spiritualibus, quam temporalibus singulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac personis tam Canonicorum, quam Clericorum Regularium ubique existentium institutis, & non solum Ordinibus Monasticis, Regularibus mendicantium, & non mendicantium tam pro redimendis Captivis, quam alias quomodolibet eidem Congregationi Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, Conventibus, & Fratribus, necnon Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, sed etiam aliis Congregationibus Regularibus; & præcipue Clericorum Regularium Infirmis ministrantium, & Canonicorum Congregationis Lateranensis; Sanctissimi Salvatoris de Bononia, ac etiam Sancti Ruffi Valentia, & Sanctæ Crucis Colymbria, Clericorum Regularium de Somaſcha; & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum piarum, ipsisque Monasticis Congregationibus, etiam Casinensi, aliisque Monachis, & Monasteriis S. Benedicti, S. Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Conventui Beatæ Mariæ de Guadalupe, necnon Societati Jesu, ipsique Carthusiensium, Præmonstratensium, & Reformatorum Cisterciensium, Servitarum, Olivetanorum Ordinibus, aliisque familiis, & Societatibus Regularibus, militiis, Hospitalibus quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac quibuscumque personis nunc, & pro tempore existentibus prælatorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, & Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices, necnon ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quosvis Sedis prædictæ Nuncios, vel etiam tam Apostolica prædicta, quam ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritatibus respective, aut alias quomodolibet quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus, in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum communicationis, & ampliationis, quam simplicis, & individua, ac particularis, & specialis concessionis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine etiam iteratis vicibus concessis hæcenus, vel confirmatis, aut approbatis, quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum penitentiarum relaxationes, aut alias quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui,

potiri, & gaudere possunt; & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt; non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar, sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, proinde, ac si illa primodictæ Ordini, illiusque Capitulis Generalibus, Superiori Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis prædictis specialiter, & expresse nominatis, etiam per viam, & modum simplicis, & individua, ac particularis, & specialis concessionis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent, quatenus tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, aut Decretis Concilii Tridentini contraria, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant: ita quod omnes, & singuli primodicti Ordinis, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiores, & Ministri quocumque nomine appellati eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum regularium, & familiarum Generales Superiores, Præpositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut Clausuales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti habent, similiter, ut supra habeant; Fratresque, & Personæ Regulares prædicti Ordinis, Generales, Superiores, Ministri, & cæteri alii cujuscumque appellationis Præpositi, & Præfecti in Ordine hujusmodi expresse professi, & in ejus gremio, & observantia viventes, Fratres, & personæ Regulares primodicti Ordinis cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum hujusmodi perpetuo secundum observantiam regularem, & Canonicum Institutum dicti eorum Ordinis SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum regere, & gubernare, & respective visitare valeant, neque dictus Ordo super præfatis omnibus, & singulis a quocumque quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in judicio, & extra impediri possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decementes easdem præsentem Literas semper, & perpetuo tanquam ad Divini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore quovis prætextu, occasione, vel causa recedi, aut resiliiri, easdemque præsentem sub quibusvis similibus, aut dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, sedemque prædictam sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis pro tempore factis minime comprehendi, vel confundi, semper, & perpetuo ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data quocumque eligenda concessas esse, & fore, ac Ordini primodictæ suffragari: sicque, & non alias per quoscumque Judices, etiam Clausarum Palatii Apostolici Audi-

Clausula.

tores,



tores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, ac Sedis Apostolicæ prædictæ Nuntios, judicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibusque, & universalibus Conciliis editis specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Regularium Domoꝝum, locorum, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis primodictæ Ordini, illiusque Superioribus, & personis in genere, vel in specie, ac alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, & alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo, & Notarii publici manu ob signatis stetur, eademque prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXVII. Junii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXX.

Confirmatur Decretum Congreg. Ep., & Reg. approbans quedam Statuta pro tribus Cœnobis Recollectionis Provinciæ S. Michaelis in Bætica Tertii Ord. S. Francisci.

*Inn. XI. Const. ed. 1685. Apr. 16. P. 9. extat Decretum aliud circa electionem Officialium. Et hujus Pontificis Const. ed. 1693. Nov. 19. P. 3. confirmatio erectionis præd. Cœnobiolorum.*

Dat. 15. Aug.  
1693. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Statuta  
præd. condi-  
ta fue a  
Diffinitorio  
Provincia.

**N**uper pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum Provinciæ S. Michaelis in Bætica Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium propositæ exposito, quod ipsi alias tres Conventus *Recollectionis* nuncupatos in eadem Provincia erexerant ad hoc, ut ii Religiosi, qui in eo secessu vitam transigere, ac Altissimo absque ulla perturbatione famulari cupiebant certos, & determinatos Conventus haberent; verum, quia pro felici *Recollectionis* hujusmodi directione nullæ aderant specialiter constitutæ Leges, Diffinitorium d. Provinciæ ad tam salutarem Institutionem constabiliendam juvandosque eorum, qui eam amplexi fuissent, in via Domini progressus, nonnulla ediderat Statuta tenoris, qui sequitur, videlicet.

*Constitutiones pro Conventibus Recollectionis Provinciæ Andalucie Religionis Tertii Ordinis Penitentiae S. Francisci, videlicet Conventus Domina nostræ Canonicos Sanctos fundati intra terminos Ville de Olvera Diœcesis de Malaga, Conventus S. Joannis Baptista de Moranina intra terminos Villa de Bollulos del Contado; ac Conventus S. Joannis Baptista de Alfarache extra muros Bætica, ambo Diœcesis Bætici Archiepiscopatus.*

In primis. Ut illa celsitudo sanctissimæ paupertatis conservetur, ordinamus, & statuimus, ut Communitas obligata maneat ad providendum quæque necessaria singulis Religiosis præmemorata Reformationis, quin aliquis ipsorum nec sub necessitatis prætextu absque Provincialis speciali licentia, possit ad ullius rei usum, habere recursum.

Secundo. Quod constituatur in quovis Conventu locus, ubi cuncta necessaria pro Regulari vestitu reponantur, videlicet habitus, pallium, tunica, Tunicellæ, & cætera sic.

Tertio. Statuitur ut taliter in hisce honesta nuditas, ac seraphica paupertas observetur, quod nullus Religiosus pluribus induatur, quam interiori una lanea tunica, tunicella una, femoralibus de lino, habitu latitudinis sexdecim palmorum, talari, ut in Regula præscribitur; ac mantello ad habitus proportionem abbreviato, & quoad calceamenta singuli portabunt sandalies usque ad calcaneum apertas.

Quarto. Statuitur, ut Religiosi in Cellis rebus curiosis, aut ornatum construentibus non utantur; itaque dumtaxat habebunt Crucem ligneam, tabulatum, aut arundineum lectulum, duo stragula, unum pulvinar, duas sedes humiles, parvulam unam mensam, & circa librorum usum, eos apud se habere poterit, quos juxta exercitium, & capacitatem Rev. Patris Provincialis sufficientes censuerit.

Quinto. Statuitur, ut Religiosorum nemo per se, aut per interpositam personam possit retinere Missarum elemosynam, sed debeat quamcunque eam Prælato manifestare, & exhibere, & tunc Prælatus ei facultatem præstabit, ut illas Missas juxta declaratam necessitatem applicet.

Sexto. Statuitur, ut in Matutinis media nocte inviolabiliter per singulos dies Deum benedicant, quin in toto Anni curriculo aliquando dispensetur tam caelestis hora, in qua a Regalibus Sedibus Altissimus venit, inter Sacratissimæ Virginis brachia primus intonuit, surgens in requiem suam, & noctem sicut diem illuminare monstravit. De cætero Divinum Officium paulatim, reverenter, ac devote recitetur, nec ulla dies absque Missa Conventuali pertranseat.

Septimo. Statuitur, ut in singulis diebus per duas horas Oratio mentalis exerceatur. Prima hora ante primam, & secunda hora post Completorium, & insuper ad prædictarum horarum perfectionem expeditionem unusquisque intra Cellam suam in profundo silentio solus maneat, ante Completorium per unam horam, & ante Missam Officii, & per aliam.

Octavo. Statuitur, ut Religiosi, quam minus possint e Domo egrediantur, nec nisi a quindena in quindenam alicui licentia præbeatur.

Nono. Statuitur, ut per totum annum disciplinam habeant feria secunda, quarta, & sexta, exceptentur tamen præsignati dies, si cum solemnibus festivitibus concurrant. Monemus, necnon quod si aliquis Religiosus Divino fretus auxilio, austeriorem vitam, & carnis mortificationem vellet amplecti; ne propriæ voluntatis fere imperceptibili laqueo cingens se pereat, ante omnia Prælatum localem consulat, ejusque